



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

88. Taurus: Ex Plinio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

CANIS.

PRÆLIVM INTER CANEM, Leonem, & Elephantum.

Expressus ex sensibus Oppiani de ven. lib. 1. v. 401.

Ex Plinio.

Μυραδωνον κρη λεπον δεμας.

Descriptio LXXXVII.

Descriptio LXXXVI.

Canis si absolutum modò videre desideras, talis est Corpus illi procerum, & validum, caput amplum, læue, benè oculatum, lumina miti fulgore cærulea in oculis ardescunt: os oblongum, & pulchra dentium pectinatim coeuntium serie benè serratum, aures modicæ delicata obducuntur cute, ceruix protensa, robusta pectora, ampli latiq; armi, obliquæ costarum series, craticulatumq; distincta, lumbi modica carne sufferti, nec præpingues sunt, nec macilentis, crurum recta, & mollibus internodijs proluxa tibiq;. Anteriores pedes posticis breviores, cauda gracilis, & promissa ad talos vsque definit.

Indiam petenti Alexandro Magno Rex Albanæ alterum mittens canem, addidit mandata, ne in parvis experiri vellet, sed in Leone Elephantòue: duos sibi fuisse, hoc interempto, præterea nullum fore. Nec distulit Alexander, Leonemq; fractum protinus vidit. Postea Elephantum iussit induci, haud alio magis spectaculo lætatus. Horrentibus quippe totum corpus villis, ingenti primum latratu intouit; mox ingruit assultans, contraq; belluam exurgens, hinc & illinc artificio dimicatione, qua maximè opus esset, infestans atq; euitans, donec assidua rotarum vertigine afflixit, ad eam eius tellure concussa.

TAVRVS.

Ex Plinio.

Descriptio LXXXVIII.

Item, ex eodem loco.

Ζα Σεπες ταρυνος εν ταυροτες.

Alius procerior in speciem collis assurgit facie quidem depressa, sumis naribus, horribilibus intercilijs, quæ cæsius oclorum fulgor violentus irradiat, tota facies hispida veluti senticetis fruticatur, lati porriguntur humeri, corpus valentissimū ad vim inferendam promptius, quam ad currendum, sunt enim eius vires firmæ, acer impetus, terribilis ferocia, atq; animus infecta rabie semper armatus.

Tauris in aspectu generositas, torua fronte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus. Sed tota comminatione prioribus in pedibus stat, ira gliscente, alter nos replicans, spargensq; in altum arenam, & solus animalū eo stimulo ardescens. Vidimus de imperio dimicantes, & idè demonstratos rotari, cornibus cadentes excipi, iterumq; resurgere, modò iacentes ex humo colli, bigarūq; etiam cursu citato velut aurigas insistere.

EQVVVS.

Ex Synesio.

Descriptio LXXXIX.

Επιμολασι δαδονεν ιππων ακροφους ατορι εις ατασαν αρετην ιππο προσημιαται, ω

Equum tibi dono misi ad omnem virtutem, quæ quidem in equo cernitur, habilissimum natura.

Bbbb

natura.